

ESERCIZIO 1 ► PROPOSIZIONI CAUSALI

Traduci le seguenti frasi.

- a. **1** *C. Antonius, pedibus aeger, quod proelio adesse nequibat, M. Petreio legato exercitum permittit.* (Sall.) **2** *Quod minus ingenio possum, subsidium mihi diligentiam comparavi.* (Cic.) **3** *M. Baebius et Philippus rex, quia id tempus rebus gerendis immaturum erat, in hiberna regressi sunt.* (Liv.) **4** *Qui classibus praeerant crebris Pompei litteris castigabantur, quoniam primo venientem Caesarem non prohibuissent.* (Caes.) **5** *Eos fugientes longius Caesar prossequi vetuit, et quod loci naturam ignorabat, et quod, magna parte diei consumpta, munitioni castrorum tempus relinquere volebat.* (Caes.) **6** *Ego Rufum nostrum laudo, non quia tu, ut ita facerem, petisti, sed quia est ille dignissimus.* (Plin.) **7** *Haec amore magis impulsus scribenda ad te putavi, quam quod te arbitrarer monitis et praeceptis egere.* (Cic.) **8** *Responsum est Campanorum aliam condicionem esse, qui non foedere, sed per deditionem in fidem (Romanorum) venissent¹.* (Liv.) **9** *Aliae in historia leges observandae sunt, aliae in poemata, quippe cum in illa omnia ad veritatem referantur, in hoc ad delectationem.* **10** *Iugurtha, ut erat impigro atque acri ingenio, multo labore multaque cura in tantam claritudinem brevi pervenerat, ut nostris vehementer carus esset.* (Sall.) **11** *Apud Graecos antiquissimum genus est poetarum, siquidem Homerus fuit et Hesiodus ante Romam conditam.* (Cic.) **12** *Quandoquidem apud te nec auctoritas senatus nec aetas mea valet nec preces, tribunos plebis appello².* (Liv.)

1. L'espressione *in fidem alicuius venire* significa «affidarsi alla protezione di qualcuno», «porsi sotto la tutela di qualcuno». **2.** Qui *appello* assume il valore di «appellarsi a...», «ricorrere a...»

- b. **1** Manlio Torquato nella guerra contro i Galli (= gallica) fece uccidere il figlio perché aveva combattuto contro il nemico senza il suo ordine. **2** Si racconta che Temistocle passeggiasse di notte perché non poteva dormire. **3** Sgradita è la verità, poiché da essa nasce l'odio. **4** Si sa che fra Greci e Troiani scoppiò una tremenda guerra poiché il troiano Paride aveva rapito Elena, moglie del re spartano Menelao. **5** Dal momento che sei qui, assistimi in questa causa. **6** Catilina, dato che i suoi piani erano stati scoperti da Cicerone, non volle rimanere più a lungo a Roma. **7** Grande è la forza della virtù, poiché (traduci con la relativa impropria) si difende da sola (*ipsa*) contro le cattiverie degli uomini. **8** Molti uomini in tutti i tempi sono stati oppressi per aver detto la verità.

ESERCIZIO 2 ► PROPOSIZIONI TEMPORALI INTRODOTTE DA CUM, DUM («MENTRE»), QUOTIENS E QUOTIENSUMQUE (RIPASSO)

Traduci le seguenti frasi.

- 1** *Cum haec agebantur, Chalcide erat Antiochus.* (Liv.) **2** *Dum haec in Venetis geruntur, Q. Titurius Sabinus cum iis copiis quas a Caesare acceperat, in fines Venellorum pervenit.* (Caes.) **3** *Tarenti ludi forte erant, quom (= cum) illuc venit.* (Plaut.) **4** *(Galli) supplicia eorum, qui in furto aut latrocinio aut aliqua noxia sint comprehensi, gratiora dis immortalibus esse arbitrantur. Sed cum eius generis copia deficit, etiam ad innocentium supplicia descendunt.* (Caes.) **5** *Cum me movi, lassus sum.* (Sen.) **6** *Legati in Africam maturantes veniunt, eo magis quod (= «tanto più che») Romae, dum proficisci parant, de proelio facto et oppugnatione Cirtae audiebatur.* (Sal.) **7** *Adērat promulgandi¹ dies, cum subito² tanta vis hominum undique apparuit, ut hostium adventu obsessa civitas videretur.* (Flor.) **8** *Dum conscribitur Romae exercitus, castra interim hostium haud procul Allia flumine posita sunt.* (Liv.) **9** *«Quotiens causas belli et necessitatem nostram intueor, magnus mihi animus (= «speranza») est hodiernum diem consensumque vestrum initium libertatis toti Britanniae fore»³.* (Tac.) **10** *Quotiescumque me petisti, per me (= «da solo») tibi obstiti.* (Cic.)

1. Si fa riferimento alla promulgazione delle leggi proposte dai Gracchi. **2.** Nota il costrutto del *cum inversum*. **3.** Sono queste le parole iniziali del discorso del capo dei Britanni, Calgàco, ai soldati prima della battaglia contro i Romani, guidati da Agricola (84 d.C.).



ESERCIZIO 3 ▶ TEMPORALI INTRODOTTE DA CUM PRIMUM, SIMUL AC / ATQUE, UBI, UBI PRIMUM, UT

Traduci le seguenti frasi.

- 1 *Cum primum navigandi nobis facultas data erit, ea utemur.* (Cic.) 2 *Ut rediit animus, pariter rediēre (= rediērunt) dolores.* (Cic.) 3 *Micipsa, ubi videt neque per vim neque insidiis opprīmi posse hominem tam acceptum popularibus, statuit eum obiectare periculis.* (Sall.) 4 *Simul ac natum est animal, gaudet voluptate.* (Cic.) 5 *Hostes, proelio superati, simul atque se ex fuga recepērunt, statim ad Caesarem legatos de pace misērunt.* (Caes.) 6 *Pompeius, ut equitatum suum pulsum vidit, ex acie excessit.* (Caes.) 7 *Archias ut primum e pueris (= e pueritia) excessit, se ad scribendi studium contulit.* (Cic.) 8 *His rebus celeriter administratis, ipse (Caesar), cum primum potuit, ad exercitum contendit.* (Caes.)

ESERCIZIO 4 ▶ TEMPORALI INTRODOTTE DA DUM, DONEC, QUOAD, QUAMDIU

Traduci le seguenti frasi.

- 1 *Dum ea Romae geruntur, iam Sutrium ab Etruscis obsidebatur.* (Liv.) 2 *Dum apud Zamam sic certatur, Iugurtha ex improvviso castra hostium cum magna manu invadit.* (Sall.) 3 *Tib. Gracchus tamdiu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit.* (Cic.) 4 *Hoc primis diebus, dum integrae vires erant, et frequentes et impigre milites fecērunt; in dies deinde pauciores et segnus.* (Liv.) 5 *Expectare dum hostium copiae auferentur equitatusque reverteretur, summae dementiae esse iudicabat.* (Caes.) 6 *Tamdiu liberalibus studiis immorandum est, quamdiu nihil animus agere maius potest.* (Sen.) 7 *Cato, quoad vixit, virtutum laude crevit.* (Nep.) 8 *Epaminondas ferrum, quod in corpore remanserat, usque eo retinuit quoad renuntiatum est vicisse Boeotios.* (Nep.) 9 *Lacedaemoniorum gens fortis fuit, dum Lycurgi leges vigeant.* (Nep.) 10 *Laborabat Romana acies, donec signum equitibus datum est, ut in hostes admittērent equos.* (Liv.)

ESERCIZIO 5 ▶ TEMPORALI INTRODOTTE DA ANTEQUAM, PRIUSQUAM E POSTQUAM

Traduci le seguenti frasi.

- 1 *Caesar, priusquam se hostes ex fuga recipērent, in fines Suessionum exercitum duxit.* (Caes.) 2 *Antequam de accusatione ipsa dicam, de accusatorum spe pauca dicam.* (Cic.) 3 *Priusquam incipias, consulto opus est.* (Cic.) 4 *Coronemus nos rosis, antequam marcescant.* (Plin.) 5 *Dabo operam ut istuc veniam antequam plane ex animo tuo effluo.* (Cic.) 6 *De Carthagine vereri non ante desinam quam illam excisam esse cognovēro.* (Cic.) 7 *Quidam ante vivere desiērunt quam incipērent.* (Sen.) 8 *Epaminondas non prius bellare destitit quam urbem Lacedaemoniorum obsidione clausit.* 9 *Postquam natus sum, numquam aegrotavi unum diem.* (Plaut.) 10 *Decessit Aristides post annum quartum quam Themistocles Athenis erat expulsus.* (Nep.)

ESERCIZIO 6 ▶ PROPOSIZIONI TEMPORALI (RICAPITOLAZIONE)

Inserisci l'opportuna congiunzione temporale.

- *periculum animadvertērunt, magno timore capti sunt.*
Appena si accorsero del pericolo, furono presi da grande timore.
- Homines, spirant, sperant.*
Gli uomini, finché respirano, sperano.
- *dormio, pulchrum somnium vidi.*
Mentre dormivo, ho fatto un bel sogno.
- *Romam venēro, te de omnibus rebus certiozem faciam.*
Quando verrò a Roma, ti informerò di tutto.
- Loqui non incipiam, omnes tacuerint.*
Non comincerò a parlare, prima che tutti abbiano fatto silenzio.



6. *Dux, suos milites laborantes vidit, signum receptui dedit.*
Il comandante, dopo che vide i suoi soldati in difficoltà, diede il segnale della ritirata.
7. *dives ac potens fuëris, multi tibi erunt amici.*
Fino a quando sarai ricco e potente, molti ti saranno amici.
8. *librum legimus, aliquid novi discimus.*
Ogni volta che leggiamo un libro, impariamo qualcosa di nuovo.

ESERCIZIO 7 ► PROPOSIZIONI TEMPORALI

Traduci le seguenti frasi, prestando attenzione ad usare l'opportuna congiunzione temporale latina.

1 Mentre combatteva sotto le mura di Gaza, Alessandro fu colpito da una freccia. 2 La storia dimostra che gli uomini, finché sono ricchi e potenti, hanno molti adulatori e falsi amici. 3 Finché Pericle governò Atene, la città fu ricchissima e oltremodo potente. 4 Giudica te stesso, prima di giudicare gli altri! 5 La flotta romana, mentre ritornava dall'Africa, fu colpita da un'improvvisa tempesta. 6 Mentre a Roma si svolgevano questi fatti, Cesare in Gallia assediava Alesia. 7 Vi prego di prestare attenzione, mentre vi racconto quello che mi è successo. 8 Annibale, finché visse, conservò contro i Romani l'odio tenace, che aveva ereditato (usa *accipio, ẽre*) dal padre. 9 Dobbiamo rispettare questa legge, per quanto (= *quamvis*) odiosa, finché non sarà abrogata. 10 Finché ci fu qualche speranza di salvezza, gli assediati si difesero strenuamente. 11 Poiché Serse aveva invaso la Grecia e minacciava Atene, Aristide fu richiamato in patria, cinque anni dopo che era stato mandato in esilio. 12 Da quando sono ad Atene, con grande piacere ascolto le lezioni (= *audio, ire + acc.*) dei più famosi filosofi. 13 Dione, tre giorni dopo aver toccato (=dopo che ebbe toccato) le coste della Sicilia, entrò a Siracusa. 14 Non mi fermerò prima di aver condotto a termine (usa *perficio, ẽre*) l'impresa.

ESERCIZIO 8 ► PROPOSIZIONI TEMPORALI E CAUSALI IMPLICITE

Traduci le seguenti frasi.

1 *Caesar paucos dies in Aeduarum finibus moratus, omnibus vicis aedificiisque incensis frumentisque succisis, se in fines Ubiorum recepit.* (Caes.) 2 *Catilina paucos dies commoratus apud C. Flaminium in agro Arretino, in castra ad Manlium contendit.* (Sall.) 3 *Ne mente quidem recte uti possumus cibo et potione completi.* (Cic.) 4 *Pontifices et augures, Romulo regnante, nulli erant: ab Numa Pompilio creati sunt.* (Liv.) 5 *Servo indice, patefacta est Bruti liberorum cum Tarquinis coniuratio.* (Sen. rh.) 6 *Nemo erit qui credat te invito provinciam tibi esse decretam.* (Cic.) 7 *Me ministro (= «amministratore»), nemo fur erit.* (Iuv.) 8 *Aliquando, etiam apparentibus stellis et nocte tranquilla, fulgurat.* (Sen.) 9 *Hostes, paulisper apud oppidum morati agrosque Remorum depopulati, ad castra Caesaris omnibus copiis contenderunt.* (Caes.) 10 *Hac oratione habita, Caesar concilium dimisit.* (Caes.)

ESERCIZIO 9 ► RIPASSO DELLE PROPOSIZIONI NARRATIVE

Traduci le seguenti frasi sia in forma implicita (col gerundio semplice o composto) sia in forma esplicita, scegliendo, in questo caso, il valore (temporale o causale) prevalente.

1 *Pyrrhus cum Argos oppidum oppugnaret in Peloponneso, lapide ictus interiit.* (Nep.) 2 *Alexander, cum ira commotus interemisset amicum Clitum, vix a se manus continuit.* (Cic.) 3 *Cum Alcibiadi omnes essent honores decreti, in invidiam recidit.* (Nep.) 4 *Hamilcar, cum obsideret Syracusas, inter somnos exaudisse vocem credidit nuntiantem futurum ut proximo die in ea urbe cenaret.* (Val. Max.) 5 *Bituriges, cum viderent sibi clementiam Caesaris reditum patere in eius amicitiam, obsides dederunt.* (Caes.) 6 *Cum bellum in Numidia contra Iugurtham gereretur, Romani consules a Cimbris et Teutonibus et Tigurinibus et Ambronibus, quae erant Germanorum gentes, victi sunt iuxta flumen Rhodanum.* (Eutr.) 7 *Quidam Demaratus, cum tyrannum Cypselum ferre non posset, Corintho fugisse cum magna pecunia dicitur.* (Cic.) 8 *Cum Nasica ad poetam Ennium venisset, eique ab ostio quaerenti Ennium ancilla dixisset eum domi non esse, Nasica sensit illam domini iussu dixisse et illum intus esse.* (Cic.)

ESERCIZIO 10 ► RIPASSO DELLE PROPOSIZIONI FINALI ESPLICITE E IMPLICITE

Traduci le seguenti frasi.

- 1 *Inventa sunt specula ut homo ipse se nosset.* (Sen.) 2 *Libertate usus est, quo impunius dicax esset.* (Cic.) 3 *Quae ut fièrent, idcirco pugnatum esse arbitror.* (Cic.) 4 *Galli, urbe Roma capta, magnam diligentiam adhibebant ne quis hostium illinc evadere posset.* (Liv.) 5 *Ut patriam servaret neque suo officio deesset, morti se Codrus rex devovit.* (Cic.) 6 *Quo facilius quid apud hostes fieret cognoscere-tur, in proximum collem speculatores Caesar misit, qui omnia inspicèrent sibi-que referrent.* (Caes.) 7 *Bellovāci equites mittunt, qui primum elicèrent nostros in insidias, deinde circumventos adgrede-rentur.* 8 *Octavius visendi mei gratiā Romam contendērat, relicta domo, coniuge, liberis.* (Min. Fel.) 9 *Vitellius senatoribus, ut legatos mittērent pacem petitu-ros, suasit.* (Svet.) 10 *Scipio equitatus ma-gnam partem ad explorandum iter et cognoscendum praemisit.* (Caes.) 11 *Lacedaemonii ad occultan-dum suorum vulnerum cruorem Punicis¹ in proelio tunicis utebantur.* (V. Max.) 12 *Concursu undique facto ei plaudendi gratiā, Prusias senatum et populum Romanum salutatum se venisse dixit et gratu-latum quod Perseum vicissent.* (Nep.) 13 *Darius Cyri filiam in matrimonium recepit, regnum firma-turus.* (Iust.) 14 *Haedui, cum se suaque defendere non possent, legatos ad Caesarem mittunt rogatum auxilium* (Caes.)

1. Punicis... tunicis = «tuniche rosso porpora»; la punice era una conchiglia usata dai Fenici (da cui il nome Punico) per estrarre il rosso porpora.

ESERCIZIO 11 ► RIPASSO DELLE PROPOSIZIONI CONSECUTIVE

Traduci le seguenti frasi.

- 1 *Neque is es, Catilina, ut te aut pudor a turpitudine aut metus a periculo aut ratio a furore revocarit (= revocaverit).* (Cic.) 2 *Dixi tanta contentione (= «passione»), tanto clamore consensu-que populi, ut nihil umquam simile vidērim.* (Cic.) 3 *Ita praeclara est recuperatio libertatis, ut ne mors quidem sit in re-petenda libertate fugienda.* (Cic.) 4 *Quae contentio fuit, quam ego non suscepērim?* (Cic.) 5 *Tantum abest ut probem sententiam tuam, ut etiam impugnandam censeo.* (Cic.) 6 *Nemo est tam senex, qui se annum non putet posse vivere.* (Cic.) 7 *In Miltiade erat cum summā humanitas, tum mirā communitas, ut nemo tam humilis esset, cui non ad eum aditus patēret.* (Nep.) 8 *Nihil est quin (= quod non) intereat.* (Cic.) 9 *Si quid accidērit ut mutandum consilium sit, te certio-rem faciam statim.* (Cic.) 10 *Nemo qui eum non vidērit.* (Cic.)

ESERCIZIO 12 ► PROPOSIZIONI CONCESSIVE

Traduci le seguenti frasi.

- a. 1 *Etsi Pompeius dimicare non constituērat, tamen sagittarios funditores-que mittebat multique ex nostris vulnerabantur.* (Caes.) 2 *Quamquam erant pauci, pugnare tamen se velle clamabant.* (Cic.) 3 *Tam sum servus quam tu, etsi ego domi liber fui, tu usque a puero servitatem servivisti.* (Plaut.) 4 *Rem publicam, si licebit, modo nostro tuebimur, quamquam admōdum sumus defatigati.* (Cic.) 5 *Eti- am si omnes deos homines-que celare possimus, nihil tamen (nobis) iniuste faciendum est.* (Cic.) 6 *Quamvis hoc turpe sit, tamen, quoniam expēdit, faciam.* (Cic.) 7 *Licet vastum traiecēris mare, sequentur te, quocumque pervēneris, vitia tua.* (Sen.) 8 *Veritas, licet in causis nullum patronum aut defensorem obtinēat, tamen per se ipsa defenditur.* (Cic.) 9 *Regulus, cum retineretur a propinquis et ab amicis, ad supplicium redire maluit quam fidem hosti datam fallere.* (Cic.) 10 *Fuit Phocion perpetuo pauper, cum divitissimus esse posset.* (Nep.) 11 *Non est unus, quamvis praecipuus sit, imitandus, quia numquam par fit imitator auctori.* (Sen.) 12 *Nonnumquam, nullis apparentibus signis quae mali aliquid prae-nuntient, animus sibi falsas imagines fingit.* (Sen.) 13 *Eumenes Antigōno deditus est, cum exercitus ei ter antea iurasset se eum defensurum, nec unquam deserturum.* (Nep.) 14 *Nec ullum hoc frigidius flumen attingi, cum ad multa accessērim.* (Cic.)

- b. **1** Le tue parole, benchè siano amare, sono però vere. **2** Benché molti desiderassero dichiarare la guerra, la maggior parte di noi preferiva lavorare (*servio* + dativo) per la pace. **3** Pur essendo superiori di numero, i Persiani furono sconfitti dagli Ateniesi a Maratona. **4** Taccio, benché io non approvi affatto quello che avete deciso. **5** I vostri discorsi, benché fossero spiritosi, non mi hanno fatto ridere¹. **6** Conosciamo e ammiriamo molte persone pur non avendole mai conosciute. **7** I Sanniti, pur essendo stati più volte sconfitti dai Romani, non rinunciarono mai a lottare per la loro libertà. **8** Pur avendo visto cadere il loro comandante, i soldati non si persero d'animo.

1. far ridere qualcuno: *risum movēre alicui*.

ESERCIZIO 13 ► PROPOSIZIONI AVVERSATIVE

Traduci le seguenti frasi.

- a. **1** *Cur igitur, cum ceteris rebus deis inferiores simus, forma pares sumus?* (Cic.) **2** *Multi, cum obesse vellent, profuerunt et cum prodesse (vellent) obfuerunt.* (Sen.) **3** *Cur Antonius in senatu tam mansuetus fuit, cum in edictis ferus fuisset?* (Cic.) **4** *Mihi quidem videntur homines, cum multis rebus humiliores et infirmiores sint (bestiis), hac re maxime bestiis praestare, quod loqui possunt.* (Cic.) **5** *Verres simulat se nobilium praesidio confidere, cum interea aliud quiddam iam diu machinetur.* (Cic.) **6** *Pompeiani exercitui Caesaris luxuriam obiciebant, cui semper omnia ad necessarium defuissent.* (Caes.)
- b. **1** I censori trattennero in senato il figlio, mentre espulsero suo padre. **2** Costoro mi hanno giovato, mentre volevano nuocermi. **3** Ti vanti di essere un buon cittadino, mentre non rispetti nessuna legge. **4** Lucio è oggi molto affabile e tollerante, mentre da giovane era rigido e antipatico. **5** I nemici raggiunsero in silenzio il nostro accampamento, mentre i nostri soldati, troppo sicuri della vittoria, non avevano predisposto alcuna sorveglianza. **6** Dopo la sconfitta di Pompeo molti temevano che Cesare si sarebbe vendicato, invece usò grande clemenza e saggezza.

ESERCIZIO 14 ► PROPOSIZIONI COMPARATIVE - ESPRESSIONE DELLA SPROPORZIONE

Traduci le seguenti frasi.

- a. **1** *Locutus sum minus libere quam mea consuetudo, liberius tamen quam periculi minae postulabant.* (Cic.) **2** *Cum totidem navibus atque erat profectus Miltiades Athenas rediit.* (Nep.) **3** *Eo gravior est dolor, quo culpa maior.* (Cic.) **4** *Quam quisque pessime facit, tam maxime tutus est.* (Sall.) **5** *Cavebat (= «stava in guardia») Pompeius magis quam timebat.* (Cic.) **6** *Utinam in Ti. Graccho Gaioque Carbone talis mens ad rem publicam bene gerendam fuisset, quale ingenium ad bene dicendum fuit: profecto nemo his viris gloria praestitisset.* (Cic.) **7** *Ut quisque est genere copiosusque amplissimus, ita plurimos circum se clientes habet.* (Caes.) **8** *Optemus potius ut Catilina eat in exilium, quam queramur.* (Cic.) **9** *Illud soleo mirari, non me totiens accipere tuas litteras, quotiens a Quinto fratre mihi adferantur.* (Cic.) **10** *Pompeiani, proinde ac si virtute vicissent, victoriam eius diei celebrabant.* (Caes.) **11** *Non erunt aeterna quae scripsit; sed ille tamen scripsit, tamquam (aeterna) essent futura.* (Plin.) **12** *Animus meus posteritatem ita semper prospiciebat quasi, cum excessisset e vita, tum denique victurus esset.* (Cic.) **13** *Commodum (avv.) quieveram, cum repente impulsu maiore quam ut crederes ianuae reserantur, immo vero, fractis et evolsis funditus cardinibus, prosternuntur.* (Apul.) **14** *Numquam eas copias rex Deiotarus habuit, quibus inferre bellum populo Romano posset.* (Cic.) **15** *Maius gaudium fuit quam ut homines acciperent.* (Liv.) **16** *Maior sum et ad maiora genitus quam ut mancipium sim mei corporis.* (Sen.)
- b. **1** Catone Uticense, nipote di Catone il Censore, era di tale integrità d'animo che era pronto a morire piuttosto che favorire Cesare. **2** Alessandro si impadronì di un impero tanto grande quanto nessun uomo mai avrebbe potuto (usa l'indicativo) immaginare. **3** Voi non potreste (usa l'indicativo) trovare un avvocato (*patronus*, *i*) più adatto a questa causa, di quanto io sono. **4** Il prigioniero, per ingannare il nemico, disse il contrario (= cose contrarie) di quello che sapeva. **5** Crasso, quando parlava in senato, con la sua veelemente eloquenza aggrediva i senatori come se fossero stati tutti suoi avversari. **6** I cittadini fuggivano dalla città come se il nemico avesse già conquistato la rocca. **7** I nemici avevano forze troppo superiori per poter sperare nella vittoria.



ESERCIZIO 15 ► PROPOSIZIONI CONDIZIONALI

Traduci le seguenti frasi.

- a. ¹ *Omnia postposui, dummodo praeceptis patris parērem.* (Cic.) ² *Vellem adesset M. Antonius, modo sine advocatis.* (Cic.) ³ *Manent ingenia senibus, modo permaneat studium et industria.* (Cic.) ⁴ *Catilina neque sumptui neque modestiae suae parcere¹, dum illos sibi obnoxios fidosque faceret.* (Sall.) ⁵ *Declinandum sit de via, modo ne summa turpitudine sequatur.* (Cic.) ⁶ *Hoc ego periculum non extimesco, modo vestri facti gloriam cum mea laude communicet.* (Cic.).

1. *Parcēre* è un infinito storico.

- b. ¹ Gli schiavi, sotto la guida di Spartaco, erano pronti a morire, pur di recuperare la libertà. ² Ulisse navigò a lungo e affrontò molti pericoli, pur di ritornare a Itaca, la sua patria. ³ Non disapprovo questa tua passione, purché sia moderata. ⁴ Pur di conseguire il potere, taluni trascurano giustizia e onestà. ⁵ Usa pure le parole come più ti piace, purché siano chiari i concetti. ⁶ Accetteremo qualsiasi condizione, purché venga posta fine a queste stragi.

ESERCIZIO 16 ► PROPOSIZIONI CONCESSIVE, COMPARATIVE E CONDIZIONALI

Completa le seguenti frasi, inserendo l'opportuna congiunzione che introduce la proposizione subordinata.

- Malus, obesse non potest, tamen cogitat.*
Il malvagio, anche se non può nuocere, tuttavia lo pensa.
- Nostrī, numero inferiores essent, tamen hostes fugaverunt.*
I nostri, sebbene fossero inferiori di numero, tuttavia misero in fuga i nemici.
- leges magistratibus presunt, magistratus populo.*
Come le leggi sono superiori ai magistrati, così i magistrati al popolo.
- Non omnes homines ad omnia parati sunt liberatem servant.*
Non tutti gli uomini sono pronti a tutto, pur di conservare la libertà.
- Stultus loquitur doctissimus hominum esset.*
Lo stolto parla come se fosse il più dotto degli uomini.
- Tibi ignoscam, peccatum tuum confiteāris.*
Ti perdonerò, purché tu confessi il tuo errore.

Versioni

VERSIONE 1 Efficienza di Quinto Cornificio

Durante la guerra civile tra Cesare e Pompeo, Q. Cornificio, questore di Cesare, inviato nella provincia d'Illiria lacerata dalle discordie e dalla guerra, non solo la riconquista e la difende, agendo con prudenza e attenzione, ma riesce anche a impadronirsi della flotta di Pompeo.

Costrutti notevoli:

- proposizione concessiva

In Illyricum missus aestate cum duabus legionibus Q. Cornificius, Caesaris quaestor, quamquam erat provincia minime copiosa ad exercitum alendum et finitimo bello ac dissensionibus confecta et vastata, tamen prudentiā et diligentia sua eam recepit et defendit. Namque et castella complura locis editis posita, quorum opportunitas¹ castellanos impellebat ad decursiones faciendas et bellum inferendum, expugnavit eaque praedā milites donavit (quae etsi erat tenuis, tamen in tanta provinciae desperatione erat grata). Deinde, cum Octavius² ex fuga Pharsalici proelii in illum sinum³ cum tota Pompeiana classe se contulisset,



Cornificius, cum paucis navibus Iadertinorum⁴, quorum fides in Romanam rem publicam semper firma fuërat, Octavii navibus potitus est, ita ut classe dimicare posset, adiunctis captivis (navibus) navibus sociorum.

(dal *Bellum Alexandrinum*)

1. *Opportunitas (loci)* = «posizione favorevole». 2. Ottavio, comandante della flotta dell'Adriatico di Pompeo. 3. *In illum sinum*: «in quel golfo». Si fa riferimento al golfo presso Zara, dove Ottavio si era rifugiato con la flotta dopo la sconfitta di Farsàlo. 4. Gli Iadertini erano gli abitanti di Iader, l'attuale Zara.

VERSIONE 2 Il fantasma e il filosofo Atenodòro

C'era ad Atene una casa grande e spaziosa, ma del tutto abbandonata perché infestata da... un fantasma: un vecchio macilento che nel silenzio della notte si annunciava con suono di ferraglia e strepito di catene. Il filosofo Atenodòro, giunto ad Atene, prende in affitto la casa...

Costrutti
notevoli:
■ temporali

Erat Athenis spatiosa et capax domus, sed infamis et pestilens¹. Per silentium noctis enim sonus ferri et strepitus vinculorum longius primum, deinde e proximo reddebatur; mox apparerat idòlon², senex macie et squalore confectus, promissa barba, horrenti capillo³, cruribus compèdes, manibus catenas gerebat quatibatque. Deserta erat domus totaque illi monstro relicta. Venit Athenas philosophus Athenodòrus et domum conducit. Ubi coepit advesperascere, ipse ad scribendum animum, oculos, manum intendit, ne vacua mens audita simulacra et inanes metus sibi fingëret. Initio silentium noctis, deinde concùti⁴ ferrum, vincula movèri: ille non tollere oculos, non remittere stilum. Tum crebrescere fragor, adventare: Athenodorus respicit, videt agnoscitque narratam sibi effigiem: stabat innuebatque digito, similis vocanti. Hic tollit lumen et sequitur. Ibat illa lento gradu, quasi gravis vinculis: postquam deflexit in aream domus, repente dilapsa desèrit comitem. Postero die Athenodorus adit magistratus, monet ut illum locum effòdi iubeant. Inveniuntur ossa catenis implicita, quae collecta publice sepeliuntur. Domus postea manibus caruit⁵.

(da Plinio il Giovane)

1. *Infamis et pestilens* = «di cattiva fama e funesta». 2. Termine greco (nom. sing. neutro) che significa «fantasma», «spettro». 3. Singolare per il plurale: «con i capelli ispidi». 4. *Concùti* e i seguenti *movèri*, *tollere*, *remittere*, *crebrescere*, *adventare* sono infiniti storici o descrittivi («veniva scosso del ferro, venivano mosse delle catene...»). 5. *Domus ... caruit*: «la casa da allora fu libera da fantasmi» (*manibus* da *manes*, *ium*, «spiriti dei defunti»).

VERSIONE 3 Grande è la responsabilità morale dei capi di stato

In uno stato, afferma Cicerone, il comportamento dei capi (*principes*) viene assunto, sia nel bene che nel male, a modello dai cittadini; un capo corrotto, quindi, è responsabile non solo del male che personalmente compie, ma anche di quello che altri compiranno seguendo il suo esempio.

Costrutti
notevoli:
■ comparativa

Ut enim cupiditatibus principum et vitiis infici solet tota civitas, sic emendari et corrigi (solet) continentia. Nec enim tantum mali est peccare principes, quamquam est magnum hoc per se ipsum malum, quantum illud quod permulti imitatores principum existunt. Nam licet videre, si velis replicare memoriam temporum, qualescumque summi civitatis viri fuerint¹, talem civitatem fuisse; quaecumque mutatio morum in principibus extiterit¹, eandem in populo secutam (esse). Quo perniciosius de re publica merentur² vitiosi principes, quod non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in civitatem, neque solum obsunt, quod ipsi corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt plusque exemplo quam peccato nocent.

(Cicerone)

1. Si noti il congiuntivo per attrazione modale. 2. *Quo ... merentur*: «Per questo recano maggior danno allo stato».